



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Quibus casibus confeßio non integra est valida cap. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

vt si iuratus est decem, cē:um, vel mille aureos.

*Quibus casibus confessio non integra, est valida. Cap. 8.*

**Q** Vinque sunt casus in quibus confessio non integra, est valida: \* Primus est, cū quis post diligētem discussionem, oblitus aliquod mortale, illud non confitetur, quod tamen si postea memorię occurrerit confiteri debet: sed statim post communionem non est necessārium, quin imo potest illud seruare in sequentem annum. \* Secundus, Infirmus moriens, nōdum omnia peccata, ore, vel nutibus confessus, est absolueudus, si aliqua prius narrauit, quin etiam & ille, qui ante confessarium petiit, & eo adueniente iam sensum perdidit, absolui poterit quemadmodum & mutus qui non potest omnia confi-



teri. \* Tertius ; Quando pœnitens  
habet casus referuatos cum ex-  
communicatione, ab excommu-  
nicatione prius vt absoluator o-  
portet, si autem sine excommu-  
nicatione, potest quidem primo  
inferiorem adire, debet tamen ei  
etiam referuata confiteri, quo fa-  
cto poterit Sacerdos a non refer-  
uatis eum absoluere, ac deinde ad  
superiorē, vt à referuatis absoluat-  
ur mittere qui superior posset e-  
tiam primo auditis referuatis, ab  
iis tantum absoluere, ac deinde  
pro non referuatis ad inferiorem  
eum mittere. Consilium tamen  
optimū est, quod à superiore pri-  
mo absoluator ab omnibus, vel  
ab eo facultate obtenta ab inferio-  
ri etiam à referuatis absoluator.  
\* Quartus. Si ex aliquo peccato  
vel illius circumstantia in confes-  
sione manifestata, pœnitenti vel  
confessario, aut tercię personę a-  
liquod graue damnum immine-



ret, tunc si alius confessarius haberi non poterit, aliis confessis, illud peccatum, vel illam circumstantiã dissimulare poterit donec cõmodè alteri confiteri possit, secus tamen quando illud damnum non esset aliud quã infamiæ tertiæ cuiusdem personæ apud confessarium, & persona illa huiusmodi esset ut ea non declarata nõ posset declarati peccatum, tunc enim integrè esset confitendum quicquid alii dicant in contrariũ. \* Quintus casus & vltimus est, cum pœnitens aliqua vel mortalia alias confessa, vel venialia numquam confessa omittit, nimirũ quia hæc non sunt de necessitate confessionis.

*De tribus aliis qualitatibus Confessionis. Cap. 9.*

**S**ecunda cõditio confessionis est, quod sit diligens, seu dili-